Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31712
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

oculorum tuorum. et in uno crine colli tui. Simi
tudo est ab illo qui capitur pulchritudine
oculorum. uel crinium puelle. sicut holofernes
iudith. Oculi ecclesie sunt prelati. qui eam ducunt
ad celestia. crines eius sunt subditi. collum eius sunt
perfecti. quos ornant tales capilli. Unum
oculorum. uel crinium est unitas fidei. quam habent
prelati et subditi. Per hac unitate. placuisti
michi. et amaui te. et per hac uulnera suscepi.
per hac debes tu pugnare. ut possis coro
nari. hoc totum dicitur sponse ad regnum desig
nate. ut accipiat coronam emule. id est glorie
angelice nature. hec dicitur amica. quia sponsus
ei aperuit scripture secreta. hec soror quia fecit
eam sibi coheredem. hec sponsa. quia parit ei filios.
Tropologice. mons myrre. est contemplatiua uita. collis uero actiua uita. Con
templatiui myrra sunt. quia carnem suam
cum uitiis et concupiscentiis mortificauerunt.
Actiui uero sunt thus. quia bonis actibus odorem
deo suauitatis offerunt. Ad hos christus uadit.
dum eis in temptationibus et tribulationibus
subuenit. In his fidelis anima est tota pulcra. quando
in omnibus mandatis et iustificationibus domini. est
sine querela. uel quando deum ex tota uirtute di
ligit. et proximum sicut se ipsam. In hac non est ma
cula. quando caret heresi et culpa. Hec uenit
fide. uenit operatione. uenit predicatione.
Venit etiam ad christum. cogitatione. uenit lo
cutione. uenit opere. Venit nichilominus
in iuuentute. uenit in senectute. uenit
in decrepita etate. Venit quoque ad fidem
in baptismate. uenit ad requiem in fini
no uite. uenit ad gloriam in resurrectione.
Et hoc de lybano. hoc est de candore uir
tutum. et sic fit sponsa christi in amore
ei coniuncta. Aliter. Tres sunt abrenuntia
tiones. Una cum aliquis abrenuntiat dia
bolo. secunda cum renuntiat seculo. tertia cum
abrenuntiat semetipsum. et sequitur christum. Dicitur
ergo de lybano uenit ad christum. cum pompis diabo
li abrenuntiat in baptismate. uenit cum de
liciis de lybano [de libano] mundi renuntiat. uenit
tertio. cum propriis uoluptatibus renuntiat. et obe
dientie maiorum se per omnia mancipat. Hec coro
nabitur pro hoc quod fugit de monte amana. hoc
est de his qui sunt inquieti et turbulenti. et quod fu
git de monte sanyr et hermon. id est de his qui sunt
in peccatis fetentes et in bono instabiles. et abo
nis excommunicati. et pro hoc coronabitur. quod non
est templum spiritus sancti. cuius corpus perpetrat cubile leonum.
uel demonum. uel quod se segregat ab inmundis.
qui sunt cubilia demonum. et demonibus pardorum. id est
de superbis falsorum fratrum. Hec cor christi uulnerat. dum
ei penitenti per indulgentiam compatitur. Cor eius
uulnerat. dum ei desideranti per gratiam condescendit.
Et hoc in uno oculorum. id est in una intentione. quando
unam rem tantum petit a domino. ut inhabitet
in domo domini omnibus diebus uite sue. hoc est omni tempore
christi. quod est uita sua. et in uno crine colli sui. id est in una
cogitatione intellectus. quando cogitat esse unum
deum summum bonum. Anagogice. mons quem
rex adiit. est celum. quod rex glorie subiit. Quod
est mons myrre. et collis thuris. id est habitatio
martirum et confessorum. Ibi conspicitur amica tota pul
chra. hoc est ecclesia regnans in omnibus ordinibus
suis gloriosa. Et macula non est in ea. quia illa
aula non recipit ullam peccati maculam. Et quia
angeli sunt sine peccato. oportet et eos esse sine
macula peccati. qui eis sunt coequandi. Hec ue
nit de lybano. id est de candore humane glorie
in principibus. uenit etiam de lybano. id est de albedi
ne uirtutum in spiritualibus. uenit de lybano in
baptizatis fidelibus. Hec de capite tum moti
tium coronabitur. quia a dignitate tum personarum
glorificabitur. Quod innuunt uocabula mon